





1. C
2.
3.
4.
4
5
6
7.
8

1770.

1. Chaldonius, Inuentor Marbinus: Ord. juris de Res. . . .
decurus: lectori benivolo salutem (et Reipublicae nem
in ang. Johanni Christiano Franckio iurista)
2. Uert, Joannes Jacobus: Geometriae nascentur
3. Franckius, Joannes Christianus: de jurisprudentiam Tiborii
Claudii imperatoris commentatio.
4. Heun, Fridricus Wolradus: De barometris itinerariis
4 et aliquot altitudinibus barometris exploratis
4 ~~Hiller~~
5. Hammelius, Christianus Gollstedt: De personarum quae
sectioni casuensis intersunt numero et qualitate
6. Kluezel, Inuentor Gueff. Christianus: De indictione
sexagenarum tributariorum ceducarum. Von Im Auf-
gaben der ungarischen Steuer-Schuelle.
7. Kluezel, Inuentor Gueff. Christianus: De occasione sive
involvemento cambiorum.
8. Rintarides, Joannes Carolus Felbacher: De inheritance
filii in fundo ex pacto et providentia huius officii

9. Ritter, James Demit : De foro antiquo Gottenor
regni Hispaniae hodie faero Franco.

1771.

1. Hommelius, Christianus Gollit : De jure ecclesiae
creditoris singularibus in rebus usurario
2. Hommelius, Christianus Gollit : De causis puenam facti
ordinariam concludentibus.
- 2^a. Hommelius, Christianus Gollit : De capite damnatorum
expensis criminibus
3. Kluegel, Ernestus Gollfr : De loco rectoribus sine
onibus publicis rectoribus et personibus in con-
suetudinem attribuentibus.
4. Krause, Augustus Gregorand : De damnis ex iniuria
receptorum altitudine metuentis
5. Krausius, Georgius Fidericus : De pignoris et hypothecae
cis
6. Pauli, Martinus Gollit : De divisionis pactorum nap-
tialium in simplicia et mixta origine auctoritateque
praerati

1. Titius, Franc. Daniel: De Namis ex nimia aedificiorum altitudine metuentis

1772. 1^o Hommel - Jurist. [unter Titelblatt vorhanden]

1. Hommelius, Christianus Gottlieb: De clerico rerum publicarum locatore et laico conductore

2. Knezel, Ernestus Gottfr. Christianus: Num clericorum testimoniam fide ipsorum munitione sine juramentum necessitate in negotiis publicis sit utilis?

3. Schroederus, Ernestus Gottfr. Christianus: De celebratione Sabbati huiusque dominicae inter veteres recentioresque

4. Wisandius, Georg. Theophanus: At Nov. III. 107. Cap. 1. observatio

1773 -

1. Chladenius, Ernestus Martinus: Ord. jur. Dec. . . . Decanus: lectori benevole . . . (ad deputacionem in unum G. M. H. Wernsdorffii invit.)

2. Chladenius, Ernestus Martinus: Ord. jur. Dec. . . . Decanus: lectori benevole (ad deputacionem in unum G. M. H. Wernsdorffii invit.)

1773.

3. Fischer, Fredericus Augustus : Dissertationis juridicae exponens
quem admodum militibus succedatur
4. Hammelius, Christianus Gollub : De clerico rerum et operum
suum conductore
5. Kraus, Georgius Fredericus : Ord. juris d. r. . . de canonicis
lectori benemerito (et reputationem Frederici Gollubi
Pprietarius inserta)
6. Wernsdorffius, Ernestus Freder : De simulacro columbae
in locis sacris antiquitas recepto
7. Wernsdorffius, Gollub : De remedio provocatorio ea l.
si contendant in processu executionis
8. Wiersandius, Georgius Stephanus : De pacto remissionis
9. Wiersandius, Georgius Stephanus : De re Germanorum

1774 Judicia

- ~~1.~~ Hammelius, Christianus Gollub : De delictis molaribus
1. utrumque patris
2. Mullerus, Carolus Fredericus : De libertate academica

3054 1
1970

ORDINIS IVRIDICI
IN
ACADEMIA VITEMBERGENSI
DECANVS
ORDINARIVS ET SENIOR
ERNESTVS MARTINVS
CHLADENIVS D

SERENISSIMO PRINCIPI ELECTORI SAXONIAE A CON-
SILIIS AVLAE ATQVE IVSTITIAE DECRETALIVM PROFESSOR
PVBLICVS CONSISTORII ECCLESIASTICI DIRECTOR CVRIAE
PROVINCIALIS ET SCABINATVS ASSESSOR


LECTORI BENEVOLO

SALVTEM

Inest:
De Gente Claudia eiusq; meritis
in iurisprudentiam

1811
1812
1813
1814
1815
1816
1817
1818
1819
1820
1821
1822
1823
1824
1825
1826
1827
1828
1829
1830
1831
1832
1833
1834
1835
1836
1837
1838
1839
1840
1841
1842
1843
1844
1845
1846
1847
1848
1849
1850
1851
1852
1853
1854
1855
1856
1857
1858
1859
1860
1861
1862
1863
1864
1865
1866
1867
1868
1869
1870
1871
1872
1873
1874
1875
1876
1877
1878
1879
1880
1881
1882
1883
1884
1885
1886
1887
1888
1889
1890
1891
1892
1893
1894
1895
1896
1897
1898
1899
1900





DE
GENTE CLAVDIA EIVSQUE MERITIS
IN IVRISPRVDENTIAM.

INTER nobilissimas, quas Roma produxit, gentes principem fere locum tenet GENS CLAVDIA, cuius communis parens, Atta Clausus, sanguine Sabinus, genere nobilis et opibus pollens, Romam concessit atque cum patria nomen Claudi deseruit et CLAVDIVS dictus est. Mox ita enituit Gentis uirtus, ut digna iudicaretur, ex qua Consules deligerentur. Annus V. C. 258. Appii Claudii, annus 252 Appii Claudii Sabini, annus 293. C. Claudii Sabini, et annus 302. Appii Claudii Crassini consulatu fuit insignis, eodemque anno 302. Claudiae genti nouum decus accessit. Postquam enim Appius Claudius Crassinus cum collega, T. Genucio Augurino, consulatum eiurauerat, ille inter Decemuiros,

a 2



uiros, consulari potestate sine prouocatione, legum ferendarum causa, creatos, primarium locum obtinuit, eundemque proximo etiam anno, licet in reliquorum locum alii surrogarentur, tenuit. Sed tertius annus, quo Appius Claudius cum collegis magistratum propria auctoritate continuauit, Claudiae genti fuit fatalis. Ipse enim Appius Claudius, postquam flagitio suo effecerat, ut Decemuiros magistratu se abdicare cogerentur, carceri mancipatus, antequam destinata iudicio dies aduenisset, in uinculis foede periit. Postera tamen aetate rerum saregit gens Claudia, ut nouis honorum accessionibus illustrior fieret. Et uere facta est. Teste enim SVETONIO, duodetriginta consulatus, dictaturas quinque, censuras septem, triumphos septem, duas ouationes est adepta.

Hi quidem honores Claudiae gentis splendorem et praestantiam satis indicant. Sed plura sunt eius ornamenta. Quid est, quod in tribuum Romanarum serie obuia sit TRIBVS CLAVDIA? Videlicet genti Claudiae, postquam illa in tribum istam recepta, hic honor est habitus, quod ipsa tribus, derelicto priori nomine, Claudia dici mallet. Quid etiam, quod Claudiae genti, publico quidem consensu, LOCVS AD SEPVLTVRAM SVB CAPITOLIO datus? Nimirum, cum cineres in urbem ferri ibidemque deponi, nonnisi ob egregia



egregia defuncti merita, et, ut *TULLIVS* rem exprimit, *VIR-
TVTIS CAUSA*, permetteretur, *populus Romanus*, cum
Claudiae genti istum honorem decreuit, hoc ipso publice
testatus est, *Claudiorum* uirtuti et meritis insignem hanc
praerogatiuam debere, quam pauci obtinebant. Deinde
cum gentium *Romanarum* splendor et dignitas praecipue
ex *CLIENTVM* numero, dignitate et potentia aestimeret,
sane *Claudia* gens hac etiam dignitatis et splendoris nota est
memorabilis. Iam primus gentis conditor, *Atta Clausus*,
cum *Romam* commigrauit, magnam amicorum et *CLIE-
NTVM* manum, inter quos, teste *DIONYSIO HALICARNAS-
SENSI*, circiter quinque millia armis ferendis idonei fuerunt,
secum eo duxit. Postea uero, crescente gentis dignitate,
creuit clientelarum numerus, et, quod praesertim com-
memorandum, familia *Marcellorum*, quae fuit gentis *Claudiae*,
sua dignitate et potentia effecit, ut *Sicilia* in clientelam eius
transiret, unde *TULLIVS* in Diuinatione ad *Q. Caecilium*, *Si-
culos* fide atque praesidio *Marcellorum* maxime niti, horum-
que nomini totam illam prouinciam adiunctam esse, pronun-
ciat. Grande etiam augmentum dignitati et nobilitati gen-
tis *Claudiae* inde accessit, quod illa Imperatori *AVGVSTO*
triplici *AFFINITATIS VINCVLO* fuerit iuncta, siquidem,
quod primum est, *Augustus* *Liuiam*, uxorem *Tiberii Ne-
ronis Claudii*, matrem *Tiberii Neronis*, qui postea in impe-
rio



rio successit, tori consortem fecit, deinde, quod alterum, soror Augusti, Octavia, M. Claudio Marcello nupsit, postea, quod tertium, Augustus eiusdem Claudii Marcelli filio, ex Octavia suscepto, postquam aedilis dignitatem adeptus erat, Iuliam suam despondit.

INTER haec et reliqua gentis Claudiae ornamenta unum eminet, quo illa ad summum nobilitatis fastigium est prouecta. Nimirum post excessum Augusti ipsa DIGNITAS IMPERATORIA in eam est translata, et quatuor Claudii per quinquaginta annos et ultra tenuerunt imperium. Primus Augusti successor, TIBERIVS NERO, utrumque genus ex Claudia stirpe duxit. Paternum a Tiberio Nerone Claudio, cui Augustus Iuliam abduxerat, maternum ab Appio Claudio Pulchro. Alter, c. CALIGVLA, fuit eiusdem Tiberii Neronis Claudii pronepos, Neronis Claudii Drusi nepos ex Germanico. Tertius, TIBERIVS CLAVDIVS, Caligulae parvus, eundem cum Germanico patrem agnouit, Neronem Claudium Drusum. Denique quartus Augusti successor, NERO CLAVDIVS, licet ex gente Domitia oriundus, tamen per adoptionem, ab Imperatore Tiberio Claudio factam, in Claudiam gentem transit, eaque re nominis et sacrorum eius particeps factus est.



QVOTQVOT uero prostant gentis Claudiae decora et nobilitatis argumenta, totidem fere extant gentis eiusdem dedecora et nobilitatis dehonestamenta. Verissimum est TRANQVILLI iudicium, multa quidem multorum Claudiorum egregia merita, sed multa etiam SECVS ADMISSA IN REM-PUBLICAM extare, hocque dictum ipse exemplis comprobauit. Praesertim SVPERBIAE uitio gentem Claudiam ceteras gentes Romanas antecessisse, populi Romani uoce confirmatur. Cum enim, grauescente Augusti et senectute et ualitudine, agitarentur consilia, cui summa Romani Imperii deferri posset, parum aberat, quin Tiberius, ob ipsam hanc Claudiae gentis maculam, spe succedendi excideret. Maxima nimirum populi pars, memorante TACITO, quid ab Agrippa, quid a Tiberio metueret, hoc quidem eloquio testabatur, *trucem esse Agrippam et ignominia accensum, non aetate, nec rerum experientia tantae molem parem; Tiberium Neronem, maturum annis, spectatum bello, sed VETERE ATQUE INSITA CLAVDIAE FAMILIAE SVPERBIA, multaque indicia saeuitiae, quanquam prementur, erumpere.* Sane, qui annales peruoluere uelit, intelliget, Claudiorum, et praesertim Appiorum, peruersos mores reipublicae Romanae saepe exitiosos fuisse, et nunc illa, nunc ista aetate turbas, quin etiam seditiones et bella ciuilia ciuisse. Maxime ex eo tempore, quo gens Claudia summum dignitatis et nobi-



nobilitatis gradum attigit, pessime se habuit respublica Romana. Quem enim fugit, Claudios, Augusti successores in Imperio, sua faeuicia, libidine, et quae sunt reliqua probra, rem Romanam in difficillimum statum adduxisse.

SED quanquam ambigua uideatur laus Claudiae gentis, hoc tamen merito illa est commendabilis, quod tot Claudios produxit, qui instaurandae et enodandae Iurisprudentiae, etiam legibus ferendis, egregiam operam nauarunt. Inter maximos uiros, qui iuris scientiam professi sunt, et qui maximae dignationis apud populum Romanum fuerunt, POM-
PONIO iudice, referendus est APPIVS CLAVDIVS Decem-
uir, cuius maximum consilium in XII. Tabulis scribendis fuit, itemque APPIVS CLAVDIVS CENTVMMANVS, alias COECVS dictus, qui non modo Censoris, sed etiam Praetoris officio functus est, et primus actiones scripsisse fertur. Deinde Iureconsultis, qui sub Antonino Pio floruerunt, accensetur CLAVDIVS SATVRNINVS. Hunc quidem Praetoris officio functum fuisse, et librum de poenis Paganorum scripsisse, accepimus, sed quid reliqui praestiterit, fere incertum est. Certius de CLAVDIO TRYPHONINO, qui sub Imperatoribus Seuero et Antonino Caracalla, cum Papiniano, floruit, constat, eum non modo de Iure respondisse, sed etiam Libros Disputationum et Notas ad Scaeuolam scripsisse.

Rem



Rem testantur fragmenta, quae in Digestorum libris reperiuntur. Quam etiam suis consiliis Claudii id egerint, ut nouis legibus Reipublicae romanae, sicubi publica utilitas posceret, confuleretur, intelligi potest uel ex ipsis legibus, quae nomine suo demonstrant, auctores earum fuisse Claudios. Accipe exempla. Lex Claudia de liberali causa Appio Claudio Decemuiro, Lex Claudia de Senatorum quaestu Q. Claudio Tribuno plebis, Lex Claudia de Sociis et nominis Latini C. Claudio Consuli, Lex Claudia de Comitibus M. Claudio Marcello Consuli, Lex Claudia de Colonia Nouicomis eidem Claudio Marcello, suam debet originem. Hae quidem leges ad statum reipublicae adhuc liberae pertinent. Si uero aetatem respicias, qua Claudii praefuerunt Imperio, horum etiam ductu, si unum exceperis Caligulam, illud non suae tantum gentis, sed generis humani dedecus, qui magis, ut omnem iuris scientiae usum aboleret, annisus est, uariis accessionibus aucta est iurisprudentia Romana. Iam non uacat, recensere, quid sub TIBERIO, quid etiam sub NERONE accesserit. Magis attinet, meminisse, quid laudis, hac in parte, TIBERIO CLAVDIO tribuendum sit. Equidem constat, sub eius Imperio Iurisprudentiae apparatus uariis auctum esse legibus et Senatusconsultis, quae tantum non omnia ab ipso CLAVDIO nomen acceperunt. Celebratur Lex Claudia de foenore, Lex Claudia de re numaria, Lex Claudia de tutelis, Senatuscon-

b

sulum



sultum Claudianum de nuptiis sexagenariorum, Senatusconsultum Claudianum de muliere seruo alieno iuncta, Senatusconsultum de nauium et negotiorum praemiis, Senatusconsultum de assignandis libertis, Senatusconsultum Largianum, Senatusconsultum Macedonianum, Senatusconsultum utrumque de aedificiis negotiationis causa non diruendis, quae omnia Claudio imperante sunt condita. His accedunt uaria Edicta et Rescripta, quae ab eodem Claudio data esse, partim Leges Digestorum, partim scriptores fidem faciunt. Sane Claudio ad laudem legislatoris circumspecti nihil deesse uideri posset, si modo tuta fides esset, Claudium ea, quae hoc in argumento ab illo acta esse dicuntur, suoque ingenio egisse, eiusdemque ingenium tantae rei par fuisse. Sed qui reputet, Claudium ab ipsa matre, Antonia, portentum hominis nec absolutum a natura, sed tantum inchoatum, imo exemplum focordiae et stultitiae dictum, et ab auia Augusta pro despectissimo habitum fuisse; sororem Claudii, Liuillam, ob mores eius metuisse, iniquam et indignam sortem populi Romani fore, si quandoque in Imperio succederet; Augustum in literis ad Liuiam suam, auiam Claudii, morum eius prauitatem et mentis imbecillitatem arguisse; Claudium non modo, antequam imperium capesseret, sed etiam in ipsa imperii administratione, foedissimis factis certum indicium dedisse, quod natura ipsi ingenium ad seria et honesta compositum,



fitum plane negauerit; denique eum cuncta, totumque fere principatum non tam suo, quam uxorum libertorumque arbitrio, administrasse, et se non principem, sed ministrum libertorum, praesertim Pallantis et Narcissi, qui, teste AVRELIO VICTORE, dominum se gessit ipseus domini, egisse; haec, inquam, qui reputet, facile suspicabitur, si non omnia, multa tamen, quae sub Claudio constituta, praesertim ea, quae utilitate et prudentia sunt commendabilia, quamuis CLAUDIANA dicantur, non Claudii, sed aliorum, ingenio deberi. Suspicionem firmat historia Senatusconsulti Claudiani de muliere seruo alieno iuncta. In media ORATIONE PRINCIPIS, qua laudati illi, qui ob angustiam familiarem ordine senatorio sponte cederent, REFERTUR AD PATRES de poena feminarum, quae seruis coniungerentur. Patres statuunt, ut ignaro domino in id prolapsa in seruitutem sui consensisset, et qui nati essent, pro libertis haberentur. Crederes, originem Senatusconsulti consilio et prudentiae Principis, Claudii, deberi, et si quo praeconio et praemio digna uideatur RELATIO, utrumque Claudio decernendum esse. Sed alius est euentus. Claudius aperte Senatui exponit, REPORTOREM RELATIONIS se non esse, sed PALLANTEM, libertum. Mox Patres liberto, Pallanti, praetoria insignia et centies quinquagesies festerium decernunt, simulque censetur, grates Pallanti publice agendas esse, quod se inter ministros



nistros Principis haberi sinat. Sed audio ex **DIONE**, Claudium quotidie propemodum, uel cum uniuerso Senatu, uel solum, plerumque in foro, quandoque alibi, pro tribunali de causis cognouisse, et **SVETONIVS**, eum laboriosissime ius dixisse, pronunciat. Certe haec testimonia in laudem Claudii conspirare uidentur, et fere dubitandum non est, eum in cognoscendo et iudicando, praecipue ubi extemporali decisione opus fuit, proprio ingenio usum fuisse. At quam laudem putes Claudium ex causarum, quas suo ingenio tractauit, exitu reportasse? Dicat idem **SVETONIVS**: *In cognoscendo ac decernendo mira uarietate animi fuit, modo circumspetus et sagax, modo inconsultus et praeceps, nonnunquam friuolus amentique similis.*

QVIDQVID uero sit, uersanda tamen sunt Claudiana, praesertim ea, quae iuri Iustiniano immixta sunt, et omnino laudanda est eorum opera, qui in iisdem explicandis et illustrandis occupantur. Hoc nomine etiam laudandus est Clarissimus atque Ornatusissimus Candidatus, **IOANNES CHRISTIANVS FRANCKIVS**, qui in Dissertatione inaugurali, quam proxime, **SERENISSIMI ELECTORIS** gratiosissimo indultu, sine Praeside defendet, **IVRISPRVDENTIAM CLAVDII IMPERATORIS** sistit, eandemque uariis obseruationibus illustrat. Dignum est eius ingenium, quod publice



publice commendetur. Etenim scientiam legalem Ordini Iuridico ita probauit, ut conspirantibus suffragiis decretum sit, ipsi summos in iure honores merito tribuendos esse. Vitae et studiorum cursum ipse delineauit, his quidem uerbis:

Ego IOANNES CHRISTIANVS FRANCKIUS, natus sum Vitebergae ipsis Kalendis Septembris Ao. MDCCXLIII. patre CHRISTIANO GOTHOFREDO FRANCKIO, Iuris utriusque Doctore, Curiae Prouincialis, nec non Consistorij sacri Vitebergensis caussarum patrono, et nunc Praetore urbis, matre autem IOANNA CHRISTIANA BEATA e gente OBERKAMPF. Qui optimi parentes, cum omnem nauarent operam, qua de me bene mererent, a tenera aetate praeceptorum domesticis me tradiderunt curis, mox patriae obtulerunt scholae, et in ea Rectore tunc temporis Grauiissimo et Clarissimo HILLERO, qui iam nunc fasces Academicos non sine maximis tenet laudibus, mihi autem omni tempore singularem fidem et eximiam probauit dexteritatem, me iis, quibus puerilis aetas ad humanitatem informari solet disciplinis, impertiendum curauerunt. Interea matre lectissima celeri praerepta morte, pater ELISABETHAM ERNESTINAM e gente BAVERA domum deduxit, cui ob eam, qua me fouit, assiduam comitatem gratias debeo maximas. Anno MDCCCLIII. illustre, quod Portae floret, ingressus sum Lyceum, ubi Praeceptores, immortalem FREYTAGIUM, qui singulari



gulari me profecutus est amore, HOFFMANNVM, WALTHERVM, GRABNERVM, HENTZSCHELVVM, GEISLERVM, FERBERVM, HÜBSCHIVM et FINANCIVM doctrina et nauitate insignes nactus sum, qui me literis et artibus eruduerunt, nec is qui mihi praeficiebatur sodalis Bauer, nunc Diaconus Vitebergae uigilantissimus ob adhibitam in me docendo solertiam silentio est praetereundus. Iam antea Rectore GEORGIO MATHIA BOSIO numero ciuium adscriptus, Anno MDCCLIX. in patriam reuerti Academiam, et Magnificum HILLERVM in iure naturali, Logica, aliis Philosophiae partibus, arte dicendi et differendi, TITIVM in Geometria, Physica et in Exercinationibus disputatoriis, BOSIVM in Physica, RITTERVM in historia uniuersa, et in historia S. R. I. elegi praecipuos. Sic praeparatus ad Themidis studium accessi RIVINVM memoriae adhuc celebratissimae historiam iuris, CHLADENIVM mei studiosissimum Pandectas et ius beneficarium interpretantes audiui, KRAVSII, cui multum, ob eam, quam mihi omni tempore significauit beneuolentiam debeo, scholas in Institutionibus explicandis, in examinatoriis et disputatoriis exercitationibus frequentauit, dilectissimo patri autem ius beneficarium et formulam iudiciariam explicanti adfedi, tandem sub Praesidio Viri Celeberrimi IOANNIS DANIELIS TITII disquisitionem de pecuniae deterioris et melioris exaequatione praesertim in mutuo die XIV. Maii MDCCLXIII. defendi. Eodem anno



anno Lipsienses salutavi Musas, quarum sacris CAROLVS FER-
DINANDVS HOMMELIVS tunc temporis Rector me initiauit.
Ibi ab HOMMELIO patre iuris criminalis, ab HOMMELIO filio
iuris Germanici doctrinam percepi, WIESANDIVS iam An-
tecessor Viebergensis dignissimus suo me ornavit favore, et in
arte differendi exercuit. ZOLLERVS institutiones, SEGE-
RVS iurisprudentiam Pontificio ecclesiasticam, BOEHMIVS hi-
storiam Sacri Romani Imperii, BREVNINGIVS iuris germanici
praecepta, modum causas in iudicio agendi, digesta et ius pu-
blicum uniuersale, SAMMETVS historiam iuris, ius naturale, In-
stitutiones, Digesta, artem leges Romanas interpretandi, hi-
storiam iurisprudentiae elegantioris, Ius publicum particulare,
et ius Publicum uniuersale, LVDEWIGIVS medicinam foren-
sem, GELLERTVS artem epistolas scribendi docuit. Ao. MDCC-
LXV. ad patrios me recepi Lares, et sub Praesidio Viri Illu-
stris et Iureconsulti summi ERNESTI MARTINI CHLADENII
dissertationem, de fideicommissis sub causa conditionaliter con-
cepta relicto, a me conscriptam, habui, Illustris FACVLTAS IV-
RIDICA VITEBERGENSIS autem, cui ad examina, quae Candidato
iuris et praxeos sunt subeunda, me obtuli, in utroque dignissi-
mum me censuit. Ab eo tempore, iuris Meditationibus, et uiam
monstrante optimo parente rebus forensibus me dedi. Ao.
MDCCLXVI. in Aduocatorum numerum receptus, successu tem-
poris a Comitibus DE BRÜHL, et postea libero BARONE AB HO-
HEN-



HENTHAL in Wartenburg et Listerfebrde, a Domino de BODENHAVSEN in Radis et Vihausen, a Dominis de WICHMANNSHAVSEN et de SEYDEWITZ in Zoernigall administrationi iustitiae sum praepositus. Quorum in me propensam uoluntatem sicut semper uenerabor, sic omni ope nitar, ut uestigia, hisce studiis coepta, recte strenueque persequar.

Iam id agit Dignissimus Candidatus, ut inauguralem constitutum edat. Hanc quidem celebritatem, cui dictus est proximus dies Lunae, ut RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, ILLUSTRISSIMVS COMES, PERILLVSTRIS LIBER BARO, PATRES CONSCRIPTI, GENEROSISSIMI ET NOBILISSIMI ACADEMIAE CIVES, atque omnes, qui arti nostrae et bonis literis fauent, honorifico suo conspectu augeant et ornent, omni qua par est, obseruantia, et meo et Ordinis nomine rogo simulque spondeo, me huius beneuolentiae memoriam nunquam ex animo esse dimissurum. Dab. Vitembergae V. Iduum Augusti A. R. S. CIOIDCCCLXX.

V I T E B E R G A E

LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII
ACADEMIAE A TYPIS.

Wittenberg, Diss., 1770-73

X 228 32 35



305 1
1970

IS IVRIDICI
IN
VITEMBERGENSI
CANVS
IVS ET SENIOR
VS MARTINVS
ADENIVS D
PI ELECTORI SAXONIAE A CON
IVSTITIAE DECRETALIVM PROFESSOR
II ECCLESIASTICI DIRECTOR CVRIAE
ET SCABINATVS ASSESSOR
I BENEVOLO
ALVTEM

*Inert:
audia eiusq; meritis
iurisprudentiam*

